Seqstratio est rei de q̄ agik vel cōtrouersia vel sepatio vl dispositio vl possessiōis ink/ dictio. Interim em q res apud seqstrū est nec actor.nec reus possidet.vt.ff.de sta.bo mi.l.libert⁹. Nō pōt aūt illa dispositio q̄ se/ q̄stratio ōr fieri nisi a pl'ibs.q̄uis al's ē vn⁹ t pl'es deponere possint.vt.j.licet.ff.depo/ siti.nā plures rē litigiosam deponūt qñ de volūtate partiū fit.etiā vn⁹ deponere pt de mādato iudicis.vt in glo.c.examinata.de iudi.ībi p doc. Et nota q ꝑm Bof.seqstra tio fit aliq̄n cā obmittēde possessiōis.t tūc neuter litigantiū possidet.sz seqster. Aliq̄n cā custodie t tunc possessio remanet penes possidentē.t generalr phibita est seqstratō C.de.phi.seqs.l.vnica.ꝑmissa ꝙo casualiter Primo volūtate ptium.vt lite finita res vi ctori det. Secdo ex necessitate ne psona su specta cū re mobili aufugiat. Tertō ne ps o na suspecta circa rem imobilē fruct⁹ depo/ pulet vl dissipet. Quarto ꝓpter ɔtumaciā nō cauētis de collatiōe bonorum faciēda. Quinto si seruus de possessiōe seruit⁹ pro clamat ī libertatē. Sexto cū appellak ab ex ecutore. Septimo cū timek de seuitia viri nec pōt sufficienter vtori cauēri seqstratur vtor. Octauo ne pdak vēdēdi cōmoditas. Nono cū aliq̄s de comitiv̄ psidis furtum patik. Nā res seqstrak vsq̄z in tēp⁹ succesſo ris psidis.merito em seqstratio fieri nō de bet nisi tūc demū cū timek ne possessor vel appellans fruct⁹ depopulek ꝑm Bof.ī sum. alios casus in cle.vnica.eo.ti.t.l.j.ff.ō col/ la.bo.t ꝑm Archi.in.c.qr res.xj.q.j. vbi la te ō hac materia. Et p Jo.monac. t io.an. ī regl'a locupletari. de re.iu.li.vj. vide etiā glo.fi.in.c.dilect⁹.ō seqstra.pos.cū ibi not. Sz ponam⁹ q eccl'ia est apō aliquē seque strata.vtrū ille seqster lite pēdente sup iure patronat⁹ possit pñtare ad illā. Inno.tz q sic.q talis bz fruct⁹.c.ɔsultatiōib.ō iu.pa. Imo ɔsentit ibidez rōne tali mot⁹ ponēdo diuersitatē inter creditorē cui ipignoratuz est ius patronat⁹.t seqstrum.nā creditor ñ pt pśentare aliquē.qr supest ver⁹ dñs q̄ pre sentare bz.sed seqster pēdēte lite pt ne eccle sia diu vacet.qr neutra ptiū pśentare pt añ litē sopitā.facit bona glo.in ꝙbo būficium in cle.vnica.ō seqstra.pos. q̄ diē seqstz pos sidere iura būficij et beneficiati.et remittit ibi ad no.in.c.examīata.de iudi.p Jo.an. Hostien.tz ꝙriū q sequester apud quē ius/ patronat⁹ sequestratū est lite pēdēte nō pos sit pśentare.nā nō bz possessionē iuspatro.

rarguit a fortiori cū creditor cui impignoratū est īspatronat⁹ non possit q̄ tñ hz possessionē eiusdē pignoris. igit ꝛc. Et ℔ tenēdo ꝺr ad motiuū Jo. de imo. q̄ non diu vacabit eccl̄ia. Nā p⁹ q̄ttuor mēses īlaicꝫ epa prouidebit. c. cū ꝓter. ꝛ. c. ea aūt. ꝺ iu. patro. ꝛ videt melior hec opi. q̄ seq̄ster solū custodire debet fruct⁹. vt isti restituat eos q̄ sententiā ꝓ se reportabit q̄ est natura seq̄stri. ſz si pñtet aliquē quō fructū illū restituet. secus vbi nulla deberet fieri restitutio. c. ex literis. de iurepa. ꝛ. c. cū venissent de in integr. resti. hic articul⁹ satis disputabil' est. ꝛ no. ī c. examinata. de iudi. vide cle. pal. ꝺ seq̄stra. pos. p̄cipue glo. in ℣. restituat. vbi ꝺr q̄ seq̄ster limitatā hz pr̄atez ꝺ restituēdis fructibꝫ q̄ supportatꝫ oneribꝫ adhuc supsunt q̄ nō possit illos in emptionē p̄diorꝫ ꝓ beneficio vl' al's in vtilitatē bñficij ꝓuertere. ℊ minus videt posse pñtare.

Sensus sapientꝫ nō arbitrat ꝓtra iura. vñ qñ alter ꝓtrahēs tiū paciscit aliq̄d facere ad sensum sapientis alter ꝓtrahentiū tenet ea facere q̄ de iure fieri debēt sup illo ꝓtractu qz sapiens arbitrari ℈ iura nō pōt. al's sapiens nō esset.

Seruit⁹ est ꝓstitutio iuris gentiū q̄ quis ℈ ius naturale alieno subijcit dñio. ꝛ qñ seruitus inducta sit. vi ꝺ glo. sup verbo seruū de inde. ꝛ sarra. c. ita q̄rūdā. optimā glo. super verbo seruitutes. dist. j. ius gentiū. vbi ꝺr inducta p ebrietatē vel pscripta septennio. simile habet. c. sexto die. xxxv. dist̄i. vbi ꝺr. nemo sciebat a cōsorte nature sue obsequa seruitutꝫ exigere. qz manebat anteꝯ vinū inueniret oibꝫ incōcussa libertas. ꝛ non essꝫ bodie fuit⁹ si ebrietas nō fuissꝫ ꝛc. sunt autē duplices seruitutes scz p̄diales ꝛ psonales

Seruit⁹ p̄dialis est q̄dam ꝓstitutio q̄ p̄diū predio subiugat. ꝛ seruitutes prediales. leges reales appellat q̄ sequunt predia ꝛ eaꝝ ꝓstitutio eaten⁹ tenet q̄ten⁹ expedit p̄dijs. i. ad fruct⁹ eoꝝ pcipiendos.

Seruitutū aūt p̄dialium alie sunt vrbane. alie sunt rustice. sz has q̄dē fuitutes lex dicē esse iura cōia q̄ libtatꝫ sunt. Unꝺ no. q̄ ſm Azo. in sū. C. ꝺ fui. ꝛ aq̄duc. ℔ ꝓbū ius i eadē lege ꝛ ī eadē voce supponit ꝓ fuitute. Dictio em̄ semel posita duas q̄ñqꝫ ꝛportat significatōes. s. ꝓpriā l' ꝛpriā. l' vtrāqꝫ. Propie aūt ſm diuersa dicunt seruitutes. Nā siū possem ex edibꝫ meis exire ī agꝛos meos vl' pucnire ad viā publicā nisi ꝓ agros tuos vl' ꝛtos emi a te licētiā eūdi. hec licētia ꝺr fuit⁹ itinerꝫ. q̄ ꝑdiuꝫ tuū in ℔ mihi fuit.

Seruitutes rustice sunt q̄ p̄dijs rusticis debent. velut iter. act⁹. via. aqueduct⁹. aquehaust⁹. pecoꝝ appulsus ad aquā. ius pascēdi. calcꝫ coq̄nde. arene fodiēde. q̄ tria vltia pñt dici noiate fuitutes rustice. sz supiora ꝓdijs noibꝫ carēt. q̄ oia reḡre locꝫ suis. Nā iter est ius q̄ ex ede mea ꝓ agros tuos possum in vicos publicos exire vl' ītrare. Sz aq̄haust⁹ est vt aq̄m haurire possim de puteo tuo.

Seruitutes vrbane sūt q̄ p̄dijs vrbanis debent. s. ītuitu alic⁹ edificij. Nā edificijs iherent velut alti⁹ tollēdi aut nō tollēdi. ne deficiat luminibꝫ. vl' ꝓspectui domus vicini. Jtē stillicidiū aduertēdi vl' nō aduertēdi ī tectū vel in aream vicini. vt stillicidiū tecti mei cadat in areā vl' fundū eius. Jtē vt liceat īmittere vl' pjcere tignū in parietē vicini. Et nota q̄ an seruit⁹ sit vrbana vel rustica colligit ex q̄litate predij cui debet ipa seruit⁹. ꝛ nō ex q̄litate seruitutis. qꝺ ptz. nā talis est seruit⁹ q̄le est p̄diū cui debet. si em̄ stillicidia dom⁹ mee q̄ est vrbanū prediū pjcerto in areā tuā q̄ est rusticū prediū dicet vrbana seruit⁹. ꝛ ecōtra si tignū edificij mei cā ponendoꝝ fructuū facti qꝺ est prediū rusticū īmitto in parietē dom⁹ tue dicet rustica fuit⁹. cuiā si domus tua sit vrbanū prediū. Jtē nota iuxta ꝓmā acceptiōez seruitutꝫ q̄ mltꝫ modis q̄s redigit ī fuitutē. de q̄bꝫ isti. ꝺ iure psona. ī tex. ꝛ i glo. Ut ꝫ vt liber fu⁹ fiat sunt ista necessaria. Annis viginti iuuenē q̄ vēdit esse. Rursus eū seruū cui vendit esse putare. Et iuuenē p̄ciuꝫ qꝺ velit pticipare Et q̄ sit liber sciat ℔ qui vēdit iste. Que si defuerint seru⁹ nō cogit esse. Patēt ℊ ad ℔ q̄ttuor req̄sita. Primo q̄ sit annoꝝ viginti. Secꝺo q̄ vēdat ignoranti ꝓditionē libertatꝫ. Tertio q̄ eo anio vt p̄ciū ptem habeat. Quarto q̄ sciat se liberuꝫ De hoc vide glo. §. penul. insti. si. preal.

Seruus est q̄ de iure gentiū vel ciuili dñio alieno subijcit. Jn hac pte ꝛ ius gētium et ius ciuile detraxerunt iuri naturali. Et dicunt seruī nō a seruiēdo. sz a fuādo. Imperator em̄ vel ꝓnceps captos ab hostibꝫ q̄ fuisunt capiētiū vendere iubet. ꝛ ꝙ ℔ saluare ꝛ nō occidere. hostibꝫ ei captꝫ ꝛ sic i fuitutez

redactis ꝫ seruādū est qꝺ vtile et benigni⁹ visū est. ſ. eos oēs ꝺuari. ⁊ ñ occidi. ꝫ ei benignitaꝫ est. ſz occidi crudelitaꝫ. Jō etiā ꝺicta sunt mācipia. qz ab hostib⁹ manu capiunt. vt isti. ꝺ iure ꝓlona. ⁊. ff. de sta. ho. l. libert⁹. Sunt etiā ꝺui ꝺne q̄ sunt exancillis manētib⁹ i domo. l. titie textores. ff. ꝺ lega. j Alij sūt ꝺui lecticarij q̄ faciūt lecticas c. ti.

Seru⁹ ordinari⁹ ꝺr q̄ alīs ꝺnis est ꝓpositus. scz q̄ hz alios seruos sub se q̄b⁹ ꝓeest ⁊ ꝓcipit eis q̄d vult.

Seruus vicarius est q̄ seruo ordinario subministrat.

Seru⁹ mediastin⁹ vl̄ median⁹ est q̄ mediuz gerit actū. scz q̄ nec est ordinarius nec vicarius. sed medi⁹ inter hos ⁊ illos connumerandus.

Seru⁹ librari⁹ a libra dict⁹ est. ſ. q̄ pōderib⁹ ꝓeest. ⁊ libre nūmoꝝ ⁊ ꝓmutatoꝝ custodiam hz in domo ꝺñi sui.

Seruī insulani. al's insularij. sunt q̄ retinētur i insula. i. in domo. nec mittunt i agros nec in villā. dom⁹ aūt insula ꝺr eo q̄ in sunt ei habitatores. Licet insula q̄nq; ꝺicat i salo. i. in mari sita.

Seruī villici sunt q̄ ad villā mittunt.

Seruī victores sunt q̄s q̄s victos habz ꝓparandi cā.

Seruī cubicularij ꝺicunt q̄ lectum ⁊ cubiculū ꝺñi sui ꝓcurāt. q̄ vulgo camerarij vocant. a camera.

Seruī ꝺeditiij ꝺicunt q̄ in morte liberi ⁊ i vita sua serui sunt. q̄z libtas sublata est. vt insti. de libe. §. libertinoꝝ

Seruī latini sunt q̄ a ꝺñis erāt manumissi. vt in vita essent liberi ⁊ in morte serui. ⁊ eorū bona tanq̄ seruoꝝ ad ꝺnos ꝺeuoluebātur. vt in. §. ꝓealle. insti. de liberti.

Seruī atriarij vl̄ atriēses sunt illi q̄ atrij custodiā faciunt.

Seru⁹ corrupt⁹ ꝺr seru⁹ q̄ p alicui⁹ inductionē factus est ꝺ bono mal⁹. vl̄ de malo deteriꝝ. scz in aīa ⁊ corpe.

Seruī corrupti actio. Re. supra Actio.

Seruiana ⁊ q̄si seruiana actio. Req̄. supra Actio.

Seru⁹ public⁹ ꝺr tabellio. nō q̄ ꝺu⁹ ſz quia publicū exercet officiū. ff. de adop. l. ñ alit.

Seruus heres. Req̄. supra H.

Seruī artharij Req̄. supra Artharij.

Seru⁹ ordiar⁹ postea restitut⁹ ꝺño gaudet. c. si q̄s suadēte. xvij. q. iiij. Hec mrimoniuz ꝓtrahere pōt post votū. de ꝓuer. Jniuga. q̄ ꝺ q̄dam. ⁊ ꝫ no. glo. liij. ꝺi. c. ij. nec iudicabit a ꝺño. sed ab episcopo. xcvj. ꝺis. si impator.

Sericopulate ꝺicunt vestimēta q̄ inſeruntur ⁊ texunt serico. vt in. l. si q̄s. C. de muneribus li. xj. ꝺm Accur.

Seu est dictio ꝺisiūctiua. C. ꝺ sacrosan. eccle. l. generali. Et aliq̄n ampliat. ff. ꝺ aur. ⁊ argē. lega. l. si q̄s ita. ⁊ ꝺm Bar. ⁊ ꝺ. l. generali. ⁊ no. lxiij. ꝺi. ego Lodo. ⁊. lxxv. ꝺi. c. vl. in fi. ⁊ ꝓ Archi. ꝺ so. cōpe. in. c. j. li. vj.

De Bi

Sicarij ꝺicunt homicidē ⁊ iterfectores. ꝺicti a sicca ferro vl̄ cultro. insti. de pub. iud. §. siccarij. Etiaz ꝺici pōt sicarij q̄ alic⁹ vite armis insidiant. de pe. ꝺist. j. si q̄s cū telo. ⁊ de homici. c. sīc ꝺignū. in glo.

Sicca est ferrū vl̄ cultell⁹ breuis ex vtraq; ꝓte scindens ⁊ acut⁹ q̄ marie vtunt q̄ apud italicos latrocinia exercēt. sed ei⁹ interpretatio est larga vt ꝺcineat telū. lapidē. lignū q̄ libet ferrū. vt insti. de pub. iudi. §. item lex. ⁊. §. siccarij. ꝓcal.

Signum q̄d sit ⁊ quō signū differt a sacrificio. de ꝺse. ꝺi. ij. sacrificiū. ⁊. c. signuz. ⁊ quō multiplex sit signū. vide de ꝺsue. c. ij. in glo. Et signū pditiōis religiosi est qñ ꝓt ꝓpeta tē sepelit in sterquilinio. vt de sta. mo. cum ad monasteriū.

Sillabe error nō nocet. vt nota. de fide instru. ex parte. in glo.

Signare est aliquā formā vl̄ signuz alicui impmere. vl̄ notā ponere. vñ testamētū signare. i. notare ꝺz q̄s vt notū sit illō q̄ ꝺ in testamēto scriptū est. ꝺm ysi. li. v. etbi. ſz subsignare est subscribere. vt si testes vocati ⁊ rogati a testatore subscribant.

Sigillatim. i. singl'arit'. ita exponit Hosti. i. c. venerabili. de testi. et Archi. i. c. pūtiū. §. testes. e. ti. li. vj. facit ad ꝫ de prebē. c. ad ꝫ licet. lxxxix. ꝺi. c. singl'a. in ꝺn. Jtē in simbolo athanasij. Quicūq; vult salu⁹ esse.

Significatio ꝺm Azo. ꝺ ꝫ. sig. ꝓpe ē demōstratio facta ꝓpo noie rei de q̄ ārit' attributo. ſz large ponit' si ꝓpriū nomē nō inꝺueniat. sed tū res p aliꝺ ꝫbū q̄ ꝺ aliq̄ mō accedere posset ad ostensionē rei notificet.

Silentiarij sunt ide q̄ ꝺ silliarij vl̄ secretarij ꝺncipis qui silere ꝺebent occulta et ꝺncipis ꝺ silia. vt. ff. ꝺ mino. l. verū. glo. iij. l. illud. C. de coll'.

Silua cedua est q̄ ad hoc vt cedat deputata est. z ōr apta cedi q̄ facile succrescit.
Silua pascua dicit q̄ pascuis pecudū ē assignata.
Silua palaris ex qua palis z podimenta sumunt.
Similitudo est rerū differentiū cōparatio ſm Boe. Et q̄ similitudo ad spēm vl' genꝰ referat est glo. natabil' i ꝓbo cura aiaꝝ. in. cā. nō potest. de ꝓben. li. vj.
Simile dici nō ꝓt vbi dissimilitudo subest xxviij. q. j. sic ēm. z. l. iij. ff. de iusto rup. test. z q̄liter interꝓtet ℔ verbū simile. vide. c. oli de ver. sig.
Simonia ſm Hoff. est studiosa cupiditas vl' volūtas emēdi vl' vendendi spūale vel spūali annexū qđ spūale cēsetur. ius ei ꝓcipiēdi puetꝰ ꝓbēdales scz ꝓbēde. vl' rōne plature spūale nō est sz annexū spūali. s. canonie ꝑ̄ res tpales q̄ illo iure pueniūt scz vt fructus. j. q. iij. si q̄s obiecerit. sic et ius patronatꝰ ōr annexū spūali ꝑter q̄ndam ꝓfederationē. qz cadit in laicuz a q̄ possidet. vt. c. de iure. eo. ti. Et ōr a simone mago q̄ fuit primus auctor h̄ sceleris in nouo testamento. Ipse ēm voluit emere grāz spūssancti a b. Petro. Sic z giezi i veri testamēto voluit grāz sanitatis naamā syro vendere vt. iij. regū. v. Un simoniacꝰ ōr ꝑprie emptor spūaliū. sz giezitic' vēditor eorūdē. j. q. j. q̄ studet Et ē simonia pcīm enorme respectu eiꝰ q̄ p simoniā būficiū acq̄sinit q̄ phīaz agere ñ pōt būficio retēto. vl' ōr enorme. i. indispensabile. qz dispensari nō ꝓt cū simoniaco nisi būficio resignato. sic in simoniaco i ordine ꝓtigit. vt. xxij. dist. nerui. z simoniacꝰ etiā occultꝰ in ordie suscepto q̄ vicios um h̄z caracterē. vt. j. q. iij. in q̄busdā. suspēsus ē quo ad se z q̄ ad alios. j. q. j. repit etiā simonia sola intentiōe absq̄ pacto vl' facto ꝓmitti. vt in. c. q̄ studet. pal.
Simbolū ē q̄drupler. qđ dā apl'oꝝ. qđ ſm q̄sdā theologos ꝓtinet. xij. articl'os fidei ꝑpter. xij. apl'os xpi q̄ vna et eadē hoza instinctu spūssci ipm ꝓposuerūt. vñ ōr simbolū a sin. qđ est sil'. z bolꝰ mozsellꝰ. qz q̄sq̄ apl'orū suū bolū. i. ptē apposuit. ſm alios theologos verꝰ est q̄ ꝓncipales articuli fidei nostre sunt tm̄. vij. ſm q̄ tm̄ septez sunt dona spūssancti. q̄s q̄libet xpianꝰ scire tenet. clerici explicite. laici iplicite. vt patz de sū. tri. c. firmiter in tex. z glo. Aliud est simbolū maius qđ canit in missa. factū in sinodo niceno ꝑpter grecos q̄ nō credebāt q̄ spūssanctꝰ pcederet ab vtroq̄. sed a ꝑre tm̄. vt ō ꝓse. di. v. c. vl. z penul. Tertiū simbolū est athanasij scz. Quicūq̄ vult salu' esse. qđ canit i ꝓma Quartū simbolū ē iurs. scz ꝓmus titulꝰ de sum. tri. z fi. ca. vt ait Jsi. vij. li. ethi. c. vij. in q̄ id qđ de fide catholica et ꝑsūma trinitate i ꝓdictis simbol' ꝓtinet ꝓfirmat z repetit.
Simplex ꝓceptū est cū ꝓter li. ꝓtes. inducꝓfessione ꝓtiū accedēte aliq̄d ꝓcipit. verbi gra. si q̄s a reo in iudicio absq̄ libello cū instrumēto debiti petat decē z reus ꝓfiteat ō plano. tūc iudex sine alia cause ꝓgnitōe vl' cōmissione sibi ꝓcipiet vt certo termio solua. z ℔ ōr ꝓceptū z nō snia. qz snia nō ōr nisi q̄n ordo iudiciarꝰ est seruatꝰ.
Siliq̄ est species monete. z q̄rta ps assis. sumit etiā p supfluitatib⁹ relictis vino exꝓpresso de vuis. vñ. Discēs se siliq̄s cib⁹ vult fieri scrofis.
Sindicꝰ est ꝓcurator vniuersitatis vl' collegij. ꝑ certo salario ad iudicia ꝓstitutꝰ. scz q̄ cām vniuersitatꝭ agit vl' defendit. z ōr q̄si singl'oꝝ causas dicens. Est ēm sindicꝰ grece defensor latine. nam officiū eius ē agere vl' defendere noīe vniuersitatis causas ꝑsentes vl' emergētes. vt. ff. q̄ q̄sq̄ iur. in rubri. z in glo. j. z in. ca. vnico. co. ti. z q̄n ōr cā vniuersitatis agi p ꝓcuratorē dz exponi. i. sindicū vl' actorē. vt de ꝓcur. c. qz i cauſ. et de iura. calū. c. cum cām.
Sinodꝰ ex greco interꝑtat comitat' vl' cetꝰ z inter cetera ꝓcilia q̄ttuor venerabiles fuerūt sinodi q̄ totā fidē ꝓplectunt q̄si q̄tuor euāgelia z q̄ttuor simbola z totidē paradisi flumia. Prima nicena tricētoꝝ. xviij. ꝑporū a ꝓstātino ipatore pacta q̄ damnata est blasphemia arriane pfidie ō ineq̄litate sancte trinitatꝭ. Hā ſm glo. dicebat pr̄em maiorē filio. z filiū maiorē spūsancto. Secūda centuz q̄nq̄ginta patrū sub Theodosio seniore ꝓstantinopolim cōdemnās macedoniū negantē spūm scm̄ esse deū z cōsubstantialē patri. sed ſm glo. fuū patrꝭ z filij. j. q. j. cos q̄. Tertia ephesina centū eporꝝ sub theodosio iuniore. q̄ damnauit Nestoriū asserentē duas psonas in xpo. z btām ꝑginem non dei sed hois tm̄ genitricē Et hec ostēdit in duabus naturis vnam christi psonā z dicit ꝓma ad differentiā sinodi epheſ. sine secunde. q̄ fuit reprobata. dist. xvj. q̄niam

sancte. Quarta calcedonēsis ⁊ngentoꝝ cē tum ⁊ triginta sacerdotuꝫ sub Marciano ꝓncipe dānans Enthicē cōstantinopolita nū abbatē. verbi dei ⁊ carnis vnā naturaꝫ ꝓnunciantē. scꝫ diuinā post resurrectionē. dist. xvj. c. sexta. ⁊ Dyoscorū eius defensorē ⁊nondā Alexādrinū ep̄m. ⁊ Nestoriū ep̄m cum reliquis hereticis. De his est tex. ad literam. dist. xv. c. canones. ⁊. §. harū ꝓior. ⁊ ꝑm Grego. in. c. sequēti. Et de eisdē Gelasius papa i. c. se. De his etiā vide tex. §. suscipimus. in epla inter claros. C. de sum. tri. ⁊ fide catholica.

Si de ꝓprio significato importat ꝯditionez nō tm̄ semp eā significat. Vñ q̄nq̄ facit dispositionē ꝯditionalē. q̄nq̄ executionē tm̄ q̄nq̄ significat causam incertā. quando q̄ certā. q̄nq̄ euentū incertū nō ꝯditionalez. q⁊ nō suspendentē. q̄nq̄ accelerationē. Et q̄nq̄ nihil significat. Exemplū primi ibi. p mitto. vl̄ lego si nauis ex asia venerit. vt i. l. itaq̄. ff. si cer. peta. Secūdi ibi inder dicit. do tutorē si satisdederit. q⁊ sensus est q̄ pupre datur. ⁊ ⁊mediate sit tutor. sed admīstrare ñ debet nisi ꝑus satisdederit. vt. l. mutuo §. banc aūt. ff. de tutel. vbi ōr. Hāc aūt cōditionē si satisdederit ꝯditionem nō facere rō est volūtas ꝓferētiꝫ. nā tutor a iudice nō ꝑt dari sub ꝯditiōe. c. actꝰ legitimi. de re. iu. l. vj. etiā q⁊ inuitꝰ dat tutor. ergo non stabit in volūtate sua p ꝯditionē. nec iudices ī decernēdo solent facere iudicia sua ꝯditionalia. Exemplū tertij. Lego Titio si negocia mea gesserit. Et est aliud exp̄mere cāz p q⁊. ⁊ aliud p si. Hā p q̄a exp̄mēdo falsa cā non viciat. sed p si viciat. l. demōstratio. ff. ō cōditi. ⁊ demō. nisi aliud appareret ex volūtate disponentis. Etiaz q̄nq̄ si capit̄ p q̄a. vt ibi. Si deꝰ ē. q⁊ ꝟ subiecta materia. ⁊ fides catholica habet q⁊ deꝰ creator est oīm cer titudinaliter. Quarti. q̄n ille euētꝰ est de p̄senti vl̄ de ꝑterito. vt ibi. pmitto vel lego si rex est parisius. vl̄ fuit tali die. vbi euētꝰ est disponētibus. vl̄ disponēti incertus. nō tm̄ cōditionalis. q̄a nō suspendit. nā actꝰ purꝰ statim valet. vl̄ nō valet. vt. §. fi. insti. ō ver. obli. ⁊ sic accelerationē significat. Etiā q̄nq̄ nihil significat. vt ibi. pmitto si talis morieꝫ. ar. l. pupillus. §. q̄ sub ꝯditōne. ff. ō nouā. ⁊ delega. q⁊ nō potest significare conditionē q̄ est de euentu futuro incerto. Sed q⁊ nihil certiꝰ morte. ergo materia subiecta nō patit̄. Dicit tm̄ Bar. q̄ in vltimis volūtatibꝫ opaꝫ ꝯditionē dicēdo. Lego si heres morieꝫ. vl̄ si sempronius morieꝫ. non ex eo q̄ mors sit incerta. sed an legatarius morieꝫ an tecꝫ heres. vl̄ sempronius. allegat. l. q̄bus dibus. §. cuidā titio. ff. de condi. et demō. vbi dicit̄ q̄ legatum tale si mater tua morietur est ꝯditionale. Petrus dicit ꝓtra q̄ est puꝫ. Et si in tex. allegato debet sumi p cum q̄ significat ꝓncipaliter tēpꝰ. ⁊ p ꝯsequēs cōditionē. Itē nihil significat. vt ibi. pmitto si volueris. lego si heres voluerit. l. sub hoc ff. de act. ⁊ obliga. q⁊ actus in volūtate obligandi est. ⁊ sic nulla dispositio vl̄ restrictō fit nisi disponēs videat decidere. l. si ita expssisz. ff. ō ꝯdi. ⁊ demon.

Si nō dederis. hoc ꝯpletū sic applicatū duobus ab eodē stipulatibꝫ. vel p actū sibi acq̄rentibꝫ. dicēdo. Tu pmittis mihi petro si nō dederis Pērico. ⁊ henricꝰ similit̄ dicat Tu pmittis mihi henrico si non dederis petro cappā tuam. Sensus buiꝰ dictionis est q̄ altero lit. ꝓtest. deficit conditio p alteruz apposita. ⁊ existit ꝯditio per ipsum apposita sup re sibi data. vt in. l. si titi⁹. ff. de ver. obl. Ratio est voluntas ꝓferentis sumpta exō q̄ ille non vult rem habere in casu in q̄ iste habebit. Item ibi. pmittis mihi stichū et si eum nō dederis pmittis mihi. x. noie pene vl̄ loco eius significat q̄ si nō detꝰ stichꝰ cū potest dari. sic q̄ est in mora dādi existat cōditio ⁊ stipulatio siue conuentio penalis. q̄ per dationez. x. cōmittit̄ siue purificat. vt. l. stipulatꝰ. §. j. ff. de ꝟ. obli. Ratio est voluntas ꝓferentis sumpta ex hoc q̄ stichꝰ est in obligatione ꝓmo deductꝰ pure. Et p ō agitur eū dari cū poterit. ⁊ pmissor interpellabitur dare. ⁊ sic de alīs. Finaliter aūt semper ad mentē disponētis recurrendum est q⁊ sepe ꝓtingit q̄ vna dictō vl̄ oratio p vnū capit̄ in vno significato. ⁊ p alium in alio. Sunt ergo circūstantie attendende p q̄s mens ꝓferētis declaratur. vt sunt q̄litates ꝑsone tē.

Si capitoliū nō ascenderis. si Titio nō nupseris. si nauis ex asia nō venerit. Hec conditio per cautionē implet̄ put testatorē voluisse concludit̄ sicut ꝯditio p illum modū deficit vl̄ existit. p quem deficere vl̄ existere ꝓferēs intelligit̄ put ex ꝯditōis significato ꝓprio vl̄ alio ꝑsonali medio ꝯcludit̄ ex cuētu vl̄ defectu.

Si nō valet hoc iure valet illo. si non valet iure testamēti valeat iure codicilloꝝ ꝛc. De clausule significāt si nō pōt valere ex defcū solēnitatꝫ vt testamētū scz q nō sunt. vij. testes. vel nō sigilla uerūt eodē ꝯtextu valeat iure codicilloꝝ. si sint q̄nq; testes. qz dispo nēs ꝑ voluit et lex admittit. significat ḡ dictio si apposita bis ꝑbis vl' alīs q volūtas disponētis declarata ex ꝑbozū significato vl' alīs q̄uis mō dictat.

Si pepit. hec dictio si applicata ꝑbis diuersimode significat. put diuersimode applicatur. ꝑbigra. dicēdo. si tres pepit lib' esto. significat q q̄rt⁹ pt⁹ sit liber. vt. l. aretusa. ff. ō sta. ho. si ḡ vnū ꝓmo pepit ꝛ secūdo tres. ex eodē vtero. vl' ꝓmo duos ꝛ secūdo duos ex eodem vtero. tūc q q̄rto nascīt est liber. nec ꝓt dici q duo sil' nascunt. qz natura ꝑ nō patit. vt ī. l. aretusa. ꝓalle. alīj dicūt si nascitur masculꝰ ꝛ femella. masculꝰ ꝓsumit ꝓmo natꝰ. qz fortiozꝫ. sed ꝑ est in ꝯtrariū. qz femia citius pubescit et ꝓficit. alīj dicūt q oēs erūt liberi. l. cum mater. §. fi. ff. de fideicōmiss. liber. sed hec nō fuit mēs testatozis. ḡ ꝓmuz dictū melius.

Siue euenerit siue nō euenerit he oratiōes de se sunt ꝯtrariozꝫ casuū. ꝛ tū ꝓiūcte significāt puritatē scz q actꝰ q̄ disponit bis ver/bis sit purꝰ. Et sumit significatū ex ꝑ q certū est alterū casuū euentuꝝ. ꝛ sic dispositio reddit pura. facit lex q si petente. §. vlt. vbi habet q vēditio facta ꝑ mō. siue nauis ex asia venerit siue nō est pura. vt. le. pupillꝰ. §. q̄ sub ꝓditiōe. ff. de noua. vbi habet q q̄ stipulat sub ꝓditiōe oīno extitura pure stipulat. vt. l. itaq; ff. si cer. pe. vbi ꝓditio ꝺr cum incertū ꝓfert. Et sic patz q hec cōditio nō reddit actū ꝓditionalez de se. sed ꝑ oratō applicata dispositioni vltīe volūtatis eam reddet ꝓditionalē. vt. le. hmōi. ff. quā di. le. ce. vbi ꝺr q legatū hoc mō factū siue illō factū fuerit siue nō est ꝓditionale. ꝛ itellige siue nō fuerit infra certū diē ne in īfinitū expectet. Et licet certū sit alterū casuū euētu/rū. tū incertū est an viuēte legatario vl' nō. ꝛ hec iucertitudo facit ꝓditionē in vltimis voluntatibus. fa. lex j. ff. de cōdi. ꝛ demonst. secus si in ꝯtractu q cure trāsmittit siue factū existat siue nō. ergo ꝓtractꝰ factꝰ cū ille moziet non est ꝓditionalis sed in diez. l. nā ꝛ si moziar. ff. de condi. ꝛ demonstra. ꝛ sumitur in bis significatū ex cōi mō intelligēdi. nisi aliud certe apparet ex voluntate testatoris vl' ꝯtrahentiū.

De Bo

Sobrini ꝛ sobrine dicunt q vl' q ex patruelib' fratrib' vl' sozozib'. ꝓsobrinis vl' amitis pgeniti vl' pgenite sunt

Sobrinꝰ ꝓpziozꝫ ꝛ sobrina ꝓpziozꝫ. sunt patrui magni vl' amite magne filij filie ve. ꝛ sobrinus nascit ex sozore.

Socer est pater mariti vxozꝫ in. l. sic aūt. ff. de re iudi. etiā est pr̄ vxozis mariti. vt. e. l.

Socrꝰ est mr̄ mariti vxozis. ꝓsocer pauus. ꝛ ꝓsocrꝰ pauia mariti

Societas Re. ē. Actio p socio. Nam ꝑa societas fraternitatē inducit. vt in. l. verū. ff. p socio.

Solutio ꝑm Goff. est rei q̄ debet redditio. insti. q̄b' mo. tolli. obli. in ꝓn. vel large ē ab obligatiōe liberatio. et alia est naturalꝫ siue vera q̄ fit p redditionē eius qō debet. alia ciuilis siue imagiaria. Et fit mltipl'r p novationē. delegationē. acceptilationē. vl' cōpensationē. ō q̄b' in locis suis.

Soluēdo esse. ē bñe vñ soluat vel vñ solvere possit insolidū p se vl' p aliū. ff. ō ꝑ. signi. l. soluēdo. et sic ꝺr q̄s esse soluendo. ecōtra. nō soluendo ꝺr ille q̄ soluere nō pōt.

Solēnitas. sumit p actu reali. vt solēnitas stipulatiōis dū q̄s fideiubēdo se obligat interrogatiōe p̄cedente ꝛ respōsione sequēte. insti. de fideiuſ. §. fi. Et ꝑ est notandū p intellectu huius si scriptū repezirek aliquē fideiussisse sub ꝑ ꝑbo significat solēnitas stipulationis nisi fieret in patria tali in q̄ efficax est simplex ꝓmissio. similit in auctētico instrumēto si repīt ibi scriptū aliquē ꝓmisse sub ꝑ verbo icludit solēnitas stipulationis. l. j. C. de vsur. ꝛ. §. si ita scptū. insti. ō iuti. stipu. Et sumit significatū ex solennitate instrumēti qō significat actū ibi ꝯtentū solenniter factū. etiā ex pte notariatꝰ. quia notarij nō redigunt instrumēta in scriptis publicꝫ. nisi de actib' coz̄ eis solēniter celebratis. alīs ꝓmissio nō facit de se solennitatē stipulatōis. secꝰ de fideiussiōe. dū saltē apparet in q̄ntū. p q̄. ꝛ penes quē. alīs etiam nulla esset fideiussio. l. cū de indebito. ff. de pba. §. fi. iūcta. l. j. de fideiuss. ꝛ sic de alīs ī q̄b' includit solēnitas vl' nō.

Solꝰ est cui nullus est ꝯtrarius. dist. viij. si solꝰ ꝑps audiēdꝰ est nō debemꝰ attendere q

aliqs ante nos faciēdū putauerit. ꝛ. viij. q. j. sciendum. in fi.

Sola est q̄ fidei possidet meritū obediētia.

Solū idē est qđ tra. vñ. Sit tibi terra solū duo pñt vincere solū. vbi ꝑmū est substāti/ nū neutri generis. secundū adiectiuū ma/ sculini gener. vñ ōz. Quicqd plantat serit vel edificat Oē solo cedit radices si tamen égit. insti. de re. diuisio. §. cū in suo

Solidū. i. firmū. Et ꝯponit cū in. vt insoli dū. i. qlibet eoz ꝑ se solū. vñ locū hz ī pmis sionib⁹ stipulatiōe vallatis. q̄ stipulatio ac cipit ꝑ verba futura. vt inserit insoliduz se daturos vl' seruaturos.

Sors est ars diuinādi. Diuīatio añt ꝓpe ī malo sumit. Itē etiā sors idē est qđ sortile/ giū. vt extra ō sorti. Itē sors ē portio here dit. eo ꝙ ꝑ sortes solēt distīgui hereditā tū portiões. de pbē. cū ℔m apl'm. xxj. dis. cle ros. Sumit etiā ꝑ fortūa vl' euētu. xxvj. q. ij. sors. Itē ꝑ capitali capit. vt ō vsur. c. j. ꝛ ij. de ℔ vide glo. in phemio. cle. ī ꝓbo sort.

Sortilegiū est qñ aliqd ꝑ creaturā diuīat. Et species diuinatōnis numerant. xxvj. q. ij. c. igit. ꝛ ea. q. v. cpi. ꝛ. c. nec mirū. etiā ois diuinatio q̄cūqz mō fiat. ꝛ q̄libcūqz vocet ē phibita ꝛ dānata. vt. xxvj. q. v. ꝑ totū.

Sortilegi vl' sortilegiste. sunt diuīatores vl' isti q̄ sub noīe ficte religiōis ꝑ q̄sdā q̄s san/ ctoz vl' apl'oz vocant sortes. vl' diuinatio nes. sententiā. vl' sciam pfitent. siue diuina tiōis. aut q̄rūcūqz scḟturarū inspectōe fu/ turā ꝑmittunt. vt. xxvj. q. j. c. j.

Sotulares dicunt q̄i subtalares. a sub ꝛ ta lo. Et aliud sunt boti. gen⁹ calciamēti. vt ī cle. ne in agro. de sta. mo.

De Sp

Spectacula sunt que fiūt in loco vbi lude bant tragedi. ꝛ comedi. vt dicūt greci. ꝛ ha beř in auc. de ꝯsulib⁹. Et spectaculū ꝓhibi tū est. put importat effusionē sanguinis. C. de gladi. l. j. libro. xj. ꝛ. l. legatuz. ff. de vsu. et vsufruc. Sed ludi ꝑmittebant ad letifica/ tionē ꝓpli. vt comedie. ꝛ sitia. l. j. ij. ꝛ. iij. C. de specta. li. xj.

Spec⁹ est altus loc⁹ supꝫ terraz ꝑ quē ducit aq̄. ff. ō riuis. l. j. §. spec⁹ Itē ponit ꝑ fossa q̄ colligit aq̄. ꝛ est ampla ꝛ rotūda. ff. de aqua plu. arcē. l. supꝫ iter. Ibi glo. ponit differen tiā inē spec⁹ ꝛ cuniculū. vide s. L.

Species significat terminū significatiuuz pluriū differentiū nūero. vt homo. ille ter/ min⁹ significat oēs hoīes inter se differētes nūero. q̄ termin⁹ hō significat ꝑ hoc nomē spēs put est vnū de q̄nqz p̄dicabilib⁹ Sed ℔m legistas sumit spēs q̄ñqz ꝑ idiuiduo. vt Seius. stich⁹. fundus. cornelian⁹. ōr spēs put ex significato vl' q̄uis alio medio ꝯclu dit pferentē significare voluisse. vt si dicat testator. Titio lego oēs seruos. seio lego sti chū. ibi seius in stichō pferr. l. vxorē. §. feli/ cissime. ff. de lega. iij. nā spēs exp̄ssi⁹ legat q̄ñqz genus. ꝛ legatū speciei ꝓualet. ꝛ aliqd signi ficat et opat. Sil'r ibi. Lego Titiū vnū ō seruis meis. seio lego stichū. seius in stichū pferr. l. cū ita. §. j. ff. de op. ꝛ elec. lega. nō ob stan. l. si heres. §. j. eo. ti. qz ibi optauit de fa cto. Sed ibi. Lego Titio fundū sempro/ nianū. seio eiusdē fundi vsufructū. seius in vsufructu nō pferr. imo iter vtrūqz cōicat. l. si alij. ff. de vsufru. lega. Sz si iudex diui/ dendo dic. Titio assigno fundū sempro/ nianū. seio ei⁹ vsufructū. solus seius habebit vsufructū. l. et puto. §. j. ff. famil'. hercis. Ra tio est volūtas iudicis sumpta ex natura di uisionis q̄ agit recedi a cōione. Nam si vsu fruct⁹ remaneret cōis nō fieret diuisio. nec recederet a cōmuniōe. Et hec diuisio ꝛ sen tentia iudicis esset euidenter iniq̄ qua ī fū/ do eque vni adiudicaret tota ꝓprietas. ꝛ cū ℔ ps vsufruct⁹. ideo sumit intellect⁹ talis ꝙ vni⁹ sit ꝓprietas. ꝛ alius vsufructus. q̄a hic nulla apparet ineq̄litas. Itē ibi Testator le gat oēs seruos cuidā nō capaci. puta ō por tato. ꝛ stichū seruuz titio capaci. titi⁹ habe bit stichū. nec derogat legato generis p le/ gatū speciei. qz legatū generis nullū est ip/ so iure. ꝛ sic non ei derogat. vt. l. nam ꝛ si. ff. de iniuſ. rup. irri. test. vbi. Qđ nullū ē rū/ pi nō pōt. Item ibi. Papa ꝯcedit gratiam alicui ad primū beneficiū vacaturū in pro uincia. alij ad primū vacaturū in dyocesi. etiā por pfertur ad pmū vacaturz ī dyocesi ꝓterius prius acquisitū priori cui papa ꝑ secundam gr̄am nō vult ōrogare. nā papa specifice noīat dyocesim ad ipsi⁹ gr̄e restri/ ctionez. vt in illa dyocesi gratia tm̄ habeat effectū. Etiā qz hec gratia potest habere ef fectū absqz hoc ꝙ deroget gr̄e generali. se/ cus in legatis vbi oēs serui vni legant. ꝛ al teri stich⁹ legat. qz nisi derogef legato gene ris legatum speciei nō habebit effectum. ꝛ nihil opabit.

Sperant.i.putāt.insti.q̄ t a q̄b. manumit. nō lice.§.in fraudē.ff.sepe.

Spoliatio est a possessiōe rei īmobilis violenta t iniuriosa deiectio.vel rei mobil' ablatio ꝺr violēta. qr si q̄s spōte possessionez suā renūciauerit vl' abiurauerit locū ñ habebit spoliatio t p ꝺsequens restitutio.naz restitutio spoliatoz est ablatoz i iudicio reintegratio.t qr credendū canones loq̄ sano intellectu spoliat⁹itelligit in casu q̄ criminaliter accusat⁹ q̄ tota sua substantia vel maiori parte ipsi⁹se per violentiā destitutū affirmat.qr nec nudi ꝺtendere.nec īermes inimicis nos opponere debem⁹.habet enīz spoliat⁹ p̄uilegiū vt non possit exui iaz nudatus vt est tex.in.c.frequens.de resti.spo. li.vj.vnde. Cantabit vacuus coram latrone viatoz. Uide Hoff.in sum.de resti.spol. vbi p̄dictā diffinitōez spoliationis subtilit declarat

Spōsus t sponsa sunt q̄ inter se ꝺ futuris nuptijs pmittūt p ꝓba de futuro.a spōdeo sic dicti.i.pmitto.vt.l.ij.ff.de spon.

Spōsa ꝺr etiā quā p̄ spōdet alicui futuraz sponsam seu vxorē.vt.l.ij.ff.e.tit.

Spōsalia sunt futuraz nuptiaz ꝓuentio t repromissio.ff.e.ti.le.j.t.xxx.q.v.nostrates. t ita iste consensus est ꝺ futuro mr̄imonio Cōsensus ꝓ nuptiaz est de p̄senti mr̄imonio. Sed dic̄ Placen.eundē esse cōsensuz sponsaliū t nuptiarū. Spōsalia aūt dicta sunt a spondeo. Nā moris fuit veteribꝫ stipulari t spondere sibi vxores futuras.vt.l. ij.ff.eo.ti. Inde sponsa q a pl'o facta est.et certa stipulatio pōt interuenire sed non est necessaria. Et nota q̄ spōsalia dissolui possunt pluribus modis ſm Jo.an.in tractatulo suo sup quarto decre.et no.sup Rub. de spon.

Sponsalitia largitas ꝺr q̄ ꝺat spōsus spōse.sine aio tñ recōpensandi.sed oīno gratis vel ecōuerso.t ita donatio ꝺr ꝓtractus iure ciuili. Et illoz sunt quattuor scz stipulatio litteraz.obligatio.ꝓtractus empbithe/otic⁹.t spōsalitia largitas.vt in.§.ius aut̄ gentiū.insti.de iu.na.gen.t ciui.in glo.sup ꝓbo pone

Sportule sunt salaria apparitorum. vl' ſm Azo.C.eo ti.forte apparitores ista non sibi sed p fisco recipiebāt.et illa reponebant in sporta vel in aliquo simili vase vt corbe ī q̄ ꝺsueuerūt aliqua portari.et ita subtcuta custodia fisco ꝺseruabant.t sic cōtinentia ꝺnuntur p contētis.vt.C.de spor.t sup.l.iij in Rubr.

Spuri⁹ ē fili⁹ ex incestuosis nuptijs nat⁹.t ꝺr a greca voce sporas q̄ ē vulgo ꝺceptus vl' sine p̄ nomē sumpsisse.vt.ff.de sta.bo. l.vulgo ꝺcepti.vl' est nat⁹ ꝺ cubina.vt de renūc.ca.nisi cū ꝑdem.§.ꝓpone ꝓbo.in glos. que distinguit nocū.spurium.manserem t naturalem.

De Bt

Stabularij dicunt q̄ aduocat⁹ hospitibꝫ et stabularijs ꝓponunt a stabul' sic dicti. Qui ꝓbo sic receperunt hospites t sine equis vocant caupones

Stationarij dicunt milites qui vt alicui teneant stationē sunt ꝓstituti.possunt etiam dici librorz venditores.qr stationē faciunt p libris vendendis. Jtē dicunt elemosinarū questores in.c.cum ex eo.de pe.t remiss. vbi ꝓhibet talibꝫ p̄dicare.t ponit ibi forma de ꝓbo ad verbū eorum q̄ tales dicere debent populo.

Stadiū est octaua ps miliarz italici. q̄ vt historice refertur Hercules vno anhelitu currebat t postea stabat.t est spacium centū t trigīta passuū ſm Azo.īsti.de re. diui. §.vniuersitatis.in glo.ff.stadia.

Stat⁹ est ꝺditio hoīs in qua vt plurimū p̄t vt ait Plato.

Status liber.est libertas ꝺcessa sub conditione.vt dicendo.lego seruo meo libertatē si nauis exasia venerit.l.j.de verbo.oblig. ff.tc̄.

Statuim⁹ bñ significat sn̄iam diffinitiuaz vt.c.in his.de ꝓ.sig. Et importat cōiter nouum ius sec⁹decernim⁹.t inouam⁹ vt in.c. decernim⁹.ꝺ iudi.t.c.īnouam⁹.de treu. et pace. Nā decernim⁹ discussionē dubij.inouam⁹antiq̄ iurz renouatōez.t statuim⁹ noui iuris pmulgationē importat.

Statutū est ius ab hoīe positū.vl' dispositio ex qua ius pducit.insti.de iur.na.gen.t ciui.t significat ius statuti ex ꝓbis in statuto positis q̄ significāt q̄ sonāt aut stricti⁹. aut extensius.vl' aliter put obscuritas eoz declarat.seu q̄uis medio pbabili cōcludit. Nā in q̄busdam statutis ꝓba clare sumunt in suis ꝓprijs significatz nō restringēdo nec extendēdo vt ibi statutū impatoris dicit q̄ iudex q̄ dimittit ab administratiōe nō soluat

pecunias vsure ab eo debite nec ab eo exi/
gank. nec a fideiussore. l. ꝯstitutionib⁹. ff. ad
municipa ⁊c. Qñq; aũt restringunk verba
statuti. vt ibi. statutũ est q; vir si manumise
rit seruũ dotalẽ de volũtate mulier; tenea
tur mulieri soluto mr̃imonio restituere ꝺc
ꝺd peruenerit ad ip̃m a liberto. ⁊ etiaz heres
ei⁹ si ad ip̃m ꝓuenerit. in q̃ statuto solũ cõ/
prehendik vir ⁊ heres eius. sed nõ socer pa
ter viri. l. si vir. §. de viro. ff. solu. ma. Qñq;
significat extẽsius. ꝺbi gr̃a. Statutum ẽ q;
ꝺductores domoz habitẽt in illis. ⁊ ñ con
ducãt alĩs. nec alios secũ i domo ꝺducta
ꝑ p̃cio vl̃ gratis teneãt. vir ꝺduxit domũ ta
liter. certe extẽdik q; põt inhabitare cũ vxo
re ⁊ familia sua tota. nec facit ꝺ statutũ. vt
l. si ita stipulat⁹ fuero. ff. de ſ. obli. Bar. hic
decidit hãc qõnez. statuto cauek q; ꝗcunq;
fecerit effundi sanguinez in palatio capite
plectak. barbitõsoz fleubotomat aliquẽ. an
incidat penã. Et dic q; nõ. qz statutũ intel/
ligik ꝗcunq; iniuriose ⁊c. Etiã pena nõ de
bet imponi nisi ꝑ delicto. sed barbitõsoz in
tali casu nõ cõmittit delictũ. igik ⁊c. nisi ap/
pareret de mẽte statuẽtis q; vellet ꝓhibere
de se licitũ. puta effundere sanguinẽ etiã li/
cite ꝑ fleubotomiã ꝓpter loci honestatẽ. nã
tũc bñ starek verbis statuti. ⁊sic ꝓtrafaciẽs
incurreret penã dãni vl̃ nõ lucri apposita;
si statutũ velit ꝓhibere de se licitũ in dubio
nõ est tenendũ. nisi clare boc pateat. Et p̃/
dicta intelligunk de extensione vl̃ restrictõ
ne vltra quã ꝺba significant de se. Si autẽ
ꝺbum hz plures significatões tũc illa eli
gik quã eligendã significatũ verbi ꝺclarat.
vt qñ lex dicit naturales filios esse in ptãte
p̃ris. intelligik de naturalib⁹ legitimis. qz
alĩs legib⁹ ꝺclarak q; filĩ naturales tm̃ nõ
sunt in patris ptãte. Et nota q; significatõ
ꝓpria verbi ꝺz illa in q̃ cõiter capik ip̃m ver
bum. vt in. l. labeo. ff. de suppel. lega. Itẽ sta
tutũ imponens penã pecuniariã ꝑ adulte
rio vl̃ homicidio. ꝑ qb⁹ est pena mortis de
iure cõi. vtz valeat. Archidy. in. c. duo ista
noia. xxiij. q. iij. ⁊ in. c. fi. ne cleri. vl̃. mona.
li. vj. Et Hosti. ⁊ Jo. an. in. c. fi. de ꝺsue. de
cidũt q; nõ valz. qz ꝯstitutio debet eẽ iusta
cq̃. et vniuersalis. iij. dist. c. erit aũt lex. sed
ista est iniq̃. qz ꝑ eã dak occasio facile delin
quẽdi. l. si vnus. §. illud ꝺo. ff. de pac. c. quẽ
admodũ. ⁊. c. si xp̃s. versi. quedã em̃. de iu/
reiur. nul em̃ magis appetimus q; saturare
voluntatẽ nostrã cũ possumus. Cum ḡ q; ſ
scit se ꝑ homicidio nõ moriturũ. citi⁹ facit.
nec suã culpã ptimescit cũ sperat posse re/
dimere eã. Bal. solus apud legistas in. c. ſ.
§. iniuria. de pa. iur. fir. in vſi. feu. dicit sine
aliqua allegatione boc statutũ inualidum
esse quãdo imponit penã pecuniariã quaz
⁊ sic nõ ꝓtemptibilẽ. al's secus. ⁊ nibil alle/
gat. Sed Lodo. de roma ꝓbat ꝑ tex. in. §.
pena. instit. de iiur. vbi dicik q; valida erat
lex. xij. tabulaz oliz q̃ꝓpter delictũ impone
bat penã pecuniariã. ⁊ boc ꝓpter magnã ve
terũ pauptatẽ. Item allegat glo. dicentez.
Qui rustico aufert porcũ aufert sibi. ocl'm
l. illicitas. ff. de offi. p̃si. Item rustici nõ au
dent optare pecunias in comitatu florenti
no. vt. l. dñi p̃dioz. C. de ag. et cẽsi. li. xj. Itẽ
statuta cõiter fiunt q; qui steterit in ciuita/
te ꝑ tot annos efficik ciuis. q; si non steterit
ꝓtinuez ꝑ maiori ꝑte tp̃is an locũ habeat
statutũ. tex est singularz in. l. cũ ꝺ lamonis.
§. sabinus. ff. de fun. instruc. instru. q; lega.
Statutũ siue lex puniens vnũ delictũ ⁊ p̃/
supponẽs aliud nõ valet in illũ in q̃ nõ ve/
rificaꝁ delictũ ꝑsupositũ. glo. vnica. in le.
mancipia. in ꝺbo aduocandũ. C. de ser. fu.
ꝺbi gr̃a. Statutũ dicit turbãs aliquem in
possessionẽ puniak pena centuz. ⁊ restituat
possessionẽ. punit em̃ turbantẽ. ⁊ p̃supponit
possessionẽ iniustam. si ergo q̃s nõ abstulit
possessionẽ nõ punik pena statuti. ꝑ ꝺ dicit
Lodo. de roma q; lucrat⁹ fuit sex florenos
Itẽ rome erat statutũ q; ꝗcũq; nõ exeque/
rek dispositiõez defuncti infra annũ p̃ina
rek oib⁹ bñficijs suis. excõicarek. ⁊ statiz re/
stitueret bona testatoris. iuxta. c. si heredes
de testamen. q̃dam relict⁹ executor ex testa/
mento nunq; habuit bona in posse suo sed
erant penes heredẽ nõ fuit execut⁹ infra an
nũ. ⁊ cũ fuisset bñficijs ꝺuatus ⁊ excõicat⁹
Dicit Lodo. de roma se determiasse q; ma
le fuerat excõicat⁹. qz ꝑsupositũ statuti sci
licet q; habuerit bona in posse suo. nõ veri
ficabaꝁ in eo. vt dicit. boc bene notandum
Itẽ statuti causa ꝓmitti nõ põt. casus ẽ
in. l. nõ distinguim⁹. §. deliberati. ff. ꝺ arbi.
⁊ capitulo. causa. de in tegr. restitut. potest
de ea incidenter cognosci casus singularz
i gl. cum ꝓponas. C. de re. credi. qz idem est
in arbitrio qꝺ in iudice. de quo in. l. q̃tiens
C. de iudi. Item statutũ ꝓhibet habentem
vnũ officiũ acceptare aliud. si acceptat pe/

nã habet vt careat acceptato. z priuatur officijs seu bñficijs. et salario ꝑmi. tex. singularis est in. l. q̃squis. ff. de cobar. ꝑn. libr. xij z ibi p Bar. Item statutũ est q̃ credat testibus deponentib⁹ de credulitate an valeat. Dicit Hosti. z dñs Antho. de butri. in. c. j. de appel. q̃ non valeat. De hoc ſm Iodo. de ro. in. l. j. ff. de ven. inſpi. z in. l. q̃d tamẽ. ff. ꝺ ar. z plã. q̃ dñm Antho. in. c. quotiẽs. ꝺ testa. vbi nõ valet dictũ testiũ p verbũ credo Itẽ statuta ciuitatis iudex seruare iurat. q̃rit an iudicans ꝓtra statutũ cõtinẽs id qꝺ ius cõmune sit ꝓiur⁹. et recedit in ℔ an statutũ ꝓtinens id qꝺ ius cõe sit ius cõmune municipale. Bal. l. ij. ff. de ꝓsti. pe. dicit esse cãm singularẽ. l. magistratus. ff. ad munici. Et dicit Iodo. ꝺ ro. hoc nescio extendere. Item statutũ ꝓhibet aliquãdo ne doc. salariati vadant ad allegandũ seu aduocandũ z si faciũt debẽt deponi a matricula aduocator. z priuant salario illi⁹ anni ſm Bal. singulariter in. l. placet. in fi. C. ꝺ epis z cle. imo dantes licentiã doctoribꝫ stipẽdiarijs reipub. aut armigerꝫ cum nõ possint. quia eorũ officium ad hoc nõ extendit vt vadãt ad balnea naturalia vel alia loca silia. Salariũ illius tpis quo licentiã dederunt ipi officiales de, ꝓrio soluere tenent. casus est singularis in. l. p banc. C. de ero. milita. an. li. xij. ſm Iodo. de ro. Item no. q̃ in statutis cõiter locum habet ar. a cõtrario sensu boc tamẽ est limitandũ nisi ar. illud sumat q̃ statuentes in penã incideret. tunc eĩ nõ valet. vt est glo. in cle. j. sup verbo facere. et ex q̃sit⁹ de vsuris.

Stellio ꝺr qui anio incõstãs z vari⁹ est verbo vel facto. vel qui rem aliquã obligauit alicui z deinde ipignorat alij. nõ facta mẽtione de ꝑmo. z generaliter q̃ in his crimi/nalibus causis ꝺr dolus in ciuilibꝫ ꝺr stellionat⁹. Stellio eĩ ꝓrie est animal varijs maculis plenũ z venenatuꝫ simile lacerte. z est corpe pictũ lucentibꝫ guttis. vi. ꝺ boc supra. Crimẽ stellionat⁹.

Stichus est ꝓriũ nomen.

Stigma est signũ vl instrumẽtũ q̃ brachia fabricensiuꝫ figurabant. cui erat impssum nomen impatoris. facies ꝓo corũ nõ figurabant. vt. l. si quis. C. de pe. ſm Jo. an. c. si iudex laicus. ꝺ senten. excõ. li. vj. in glo. ꝓbi agnoscit.

Stipes est pson a q̃ alij originẽ ducũt.

Stipulatio est firma verborũ ꝺceptio qua quis aliq̃d se facturũ daturũ ve, promittit alteri sup hoc ip̃m interrogãti. et ꝺr a stipulõ grece q̃ ꝺ est firmũ latine. ꝺnoiat etiã a stipite. Constat aũt stipulatio ex interrogatione premissa z respõsione subsequẽti. quẽ/admodũ ꝓtradictio ex affirmatiõe z negatione. hoc modo. promittis vꝫ dabis mihi. r. promitto vl dabo tibi. qñq̃ dicit stipulatus ille qui promittit per stipulationẽ passiue. Uel sic. stipulatio est solennis pmissio facta interrogatiõe precedẽte et respõsione sequente.

Stipulationũ alia est pura. alia ꝓditionat z alia in diem.

Stipulatio pura est q̃ nec fit sub ꝓditione. nec in diẽ ſz pure. vt dicẽdo dabis ℔ dabo.

Stipulatio ꝓditional ꝺr fieri sub cõditiõe hoc mõ. promittis mihi dare centuꝫ si nauis exasia venerit. z rñdes. promitto

Stipulatio in diẽ fit ℔ mõ. dabis mihi. x. ĩ kalẽdis iulij. z rñdes dabo

Stipulatio acq̃liana est q̃ nouat oẽm contractũ. vt sic. q̃q̃d mihi debes ex quacũq̃ causa idem mihi promittꝫ. si eĩ ex mutui dation mihi debitor sis velimq̃ acceptũ ferre. id est per acceptilationẽ remittere ñ poterit res expedire nisi p obligationem que in rem contrabit. Reqre supra Aquiliana actio.

Stipat⁹. i. vallat⁹. fulcit⁹ ſm Jo. an. in cle. pastoralis. ꝑsi. notorij. ꝺ re iudi.

Stinarij ꝺicunt amatores. idẽ ꝺicunt carnarij.

Stratũ ꝺr generaliter oẽ gen⁹ vestis. vl oĩe indumentũ. vt. ff. de ꝑ. leg. sed magꝭ ꝓpe vestes cubiculares dicim⁹ stratũ a sternendo vñ etiã via publica strata ꝺr.

Stratores etiã a sternẽdo ꝺicunt. q̃ custodientes in carcere reos cõdẽnatos puniebant. vl stratores ꝺicunt esse isti q̃ stabulis vel eq̃s stãtibꝫ in eis ꝑsunt. et ꝺr a stratario ſm Azo. C. de strato. li. xij. in Rub.

Studium vt ꝺicit Azo. est vehemẽs z assidua ad aliquã rem agendã cũ summa voluntate occupatio. ex q̃ voluntate labor in op⁹ ꝺferk. z ꝓdit laboris tediũ versus in oblectamentũ.

Studiũ liberale z latinũ olim tm erat Rome et Cõstantinopol. in alijs aũt locis nõ nisi ex ꝓuilegijs. vt. C. de stu. li. z in rubro et nigro. li. xj. z in ꝓhemio. ff. ℔ aũt tria bodie

impio scisso studiū in multis locis fit z ma xime Bononie. q̄ legal' studij obtinet mo narchiā. sed vtrū in festis z diebꝫ dñicis li ceat studere. Jo. an. dic̄ q̄ sic dū studiū fi at sine solēnitate nō ꝓpter lucrum cū nō sit opus seruile. sed cū solēnitate puta in pub licis scolis non lz. Antho. de But. dicit q̄ cā cōsilij dād' vbi necessitas suadet. scz ḥa cā est tpe peritura vl' de loco longinq̄ tunc licz studere etiā ad lucrū al's nō. nec ī scien tijs positiuis q̄ ad lucrū vl' honores tēdūt sed in theologia et speculatiuis sic. et addit Pano. etiā in iure canonico cū sit theolo gia practica. qz talis laborat in vinea dñi z efficit' p̄ ꝫ speculatiu⁹ et abstrahit' a vicijs. nō aūt cult⁹ diuinus vl' officiū p̄ ꝫ ptermit tat'. sani⁹ em̄ est maioribꝫ studere et mentes occupare q̄ ociū insequi vel in laruis vaga ri. imo meli⁹ esset domi manere q̄ festa ec clesiarū ꝓpter dñas visitare. vt no. c. j. ō fer. z. c. odi z pieci festiuita. vbi as. xxiij. q. j. vbi etiā vidua q̄ in corbonā duo minuta posu erat a saluatore oibꝫ p̄ferr'. qz dñs non ea q̄ offerunt' sed voluntatē offerentiū respicit. Studeat g̃ diligēs scolaris diebꝫ feriatꝫ et alijs. qz nō sufficit diu fuisse in studijs. sed bene z laudabiliter vixisse cōmendandū est. xxj. q. ij. gl'ia epi. in fi. Hec aliqs repente fit summus. de peni. dist. ij. §. hec que de cari tate. z glo. in. c. tum ex lr̄is. de in integr. re stitu. Et non p̄t q̄s modico tpe multū ad discere. lxviij. dist. §. j. cuius ingenium in bñ studentibꝫ interdū suppleat tēp⁹. lxxvij. dis. monachus. vbi ōr. Quantū de tpe decer pit' moz hoc docet' habere. pbitas q̄ plixi or consuetudo nō contulit. aduertat etiaz dictū iurꝫ cōsul. ff. de fideicōmiss. liber. in. l. apud iulianū. vbi dicit Si vnū pedē tene rē in sepulchro adhuc discerē.

Stupr̄ū est illicita virgis defloratio. q̄uis in vidua cōmitti dicat'. nisi sit meretrix vel illicita cōcubina. p̄m leg. ff. ō cōcubi. l. ī cō cubinatu. in fi. Jtē cōmittit' in puerꝫ. ff. ad l. iul'. de adult. l. stupr̄ū.

De Bu

Suarij. Req. supra Porcarij.

Suasio accipit' in bona ptem vl' in mala. ff. ō seruo corrupto. l. j. §. psuadere. z. C. de fur. z ser. corri. l. si q̄s.

Subgrūda est vna ps tecti vnicuiusq̄ do mus q̄ incūbit extremis capitibꝫ tignoz te ctualiū. vt. ff. de his q̄ dej. vl' effude. l. si ꝙo §. si pretor ait. Et al's dicit' subgrauidą vl' subgrandia.

Subrogare est aliquē in locū alteri⁹ substi tuere vl' cōstituere. vt officiales. vl' iudices alios subrogāt. Et p̄ōt scribi. r. p b. cōmu rando. vt surrogare.

Suboznatio est informatio facta p̄ aliquē de veritate tacenda z falsitate dicenda. p̄m Guilel. de mon. lau. in clemen. testibus. de testibus.

Subsignare est subscribere vt testes in cy rographo solent signare. z quasdam notu las subscribere Et q̄ñ subscribēs se cōsen tire dicat'. z q̄ñ nō est bona glo. in. c. p̄s bite teroz. in verbo subscripserit. de reb. eccles. non alie.

Substitutio est secunda conditionalis in stitutio. qz institutio dicit' prim⁹ gradus. et substitutio secund⁹. Et licet substitutōnes in infinitū de vno in alium p̄nt̄ procedere. tñ oīs institutio q̄ fit post p̄mā dicit' substitu tio. z secund⁹ gradus sicut secū de nuptie di cunt' oēs q̄ sequunt' primas Et dinidit'. qz substitutionū alia est directa. alia obliqua Et nota differentiā inter ꝑbum directum. obliquū. z cōmune Unde directuz est qō significat vt ille cui relinquit'. vel in quē di sponit' sua manu recipiat. vt est verbū īsti tuo. vt patet. ff. de here. īsti. Jtem illud. he res esto. vt ibidem. Jtem accrescat. simili' verbū capiat vl' accipiat. Sed verbū obli quū est qō significat vt ille in quem dispo nit' vel cui relinquit' de manu alterius ac cipiat. vt est verbum restituo. facit. l. īstitu ta. ff. de trebel. z p to. ti. Jtem volo vt q̄ñ p fideicōmissum ps hereditatis est restituen da. l. pater filiū. §. fi. ff. de lega. iij. Jtem ver bum rogo tē. Sed verbuz cōmune est qō vtrāq̄ significationē. siue ō manu sua siue de alteri⁹ recipiat. vt est verbū substituo. si cut in. l. cēturio. ff. de vul. substi. Habet em̄ q̄ñq̄ directam significatōez. quādoq̄ ob liquā. Substitutio directa ōr cum nullo mediante q̄s capit hereditatē deficiēt'. z di recte efficit' heres ipsi testatori q̄ īstituit eū. īsti. de vul. substi. §. q̄ casu. Et hec subdi uidit'. qz alia ē vulgar'. alia pupillaris. alia exēplar'. alia breuiloqua siue recipzoca. a lia cōpendiosa.

Substitutio vulgarꝫ ōr q̄ de vulgo z a q̄li bet fieri p̄ōt. dū tū ḥ testamētū facere. z ille

extestamēto cape possit. Et hec subdiuidit qz qdam est vulgaris exp̄ssa. z qdaz tacita Substitutio vulgaris exp̄ssa est q̄ fit ꝑbis negatiuis exp̄ssis ꝑ mō. Titi⁹ heres esto. et si heres ille nō fit vl̄ erit. seius heres esto. i. sit. sic em̄ instituo te mihi titiū heredez et si te noluerit vl̄ nō potuerit esse heres. sit heres seius. Substitutio vulgarꝛ tacita fit p ꝑba affirmatiua. veluti cū ꝑbo miles pubes̄ z ipuberē heredes instituit. z cōi verbo eos substituit. ꝑ mō sei ipubes. z meuñ pubes heredes estote. vel sunto. q̄s vnanimit inuicē substituo. vl̄ sic. z idē redibit. pubes̄ sexū. z ipuberē heredes facio. z eos sibi inuicem substituo. q̄ substitutiōe colligo q⁹ si vn⁹ nō fuerit heres. vl̄ si vn⁹ nō moriat⁹ alī insolidū sit. Et ōz vulgaris qz fit a q̄libet de vulgo. siue sit in ptāte. siue nō. Et ōz tacita qz puberē tacite vulgarit ipuberi substituit. q̄ substitutio magꝛ essz pupillarꝛ nisi ꝓpt adiunctā p̄sonā. Bz i milite tal substitutō pupillaris est ꝓpt priuilegiū militis. q̄ substitutio q̄tum ad puberē vulgarꝛ est. q̄tuz ad ipuberē pupillarꝛ est. qm̄ si pubes hereditatē adeat p pte sua nō euanescit institutio ꝓpter facta. ꝛ si ipubes hereditatē adeat ꝓpt q̄cūq; expleuerit pubtatē. vñ sub exp̄ssa pupillari ꝓtinet tacita vulgaris. ff. eo. ti. l. Hā hoc iure.

